



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmmae Virtvtvm, Ac Vitiorvm , Tomus ...

Guilelmus <Peraldus>

Lvgdvni, 1585

De auditu cantionum amatoriarum, turpiloquiorum, & instrumentorum
musicorum. Cap. VI.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-46161](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-46161)

rum. Denique quosdam mundi philosophos legimus, vt totam cogitationem ad puritatem cogerent, sibi oculos eruisse: in hoc tamen non debemus eos imitari.

Quod colloquium mulierum valde sit timendum. CAP. V.

Colloquiū mulierum valde timendū est. Quod patet primò per hoc q̄ sermo mulierum insinuat̄ esse rete. Prou. 7. vbi sic legitur, de fallace muliere: Irreuit eum sermonibus multis. ¶ Secūdo ex hoc q̄ comparatur igni. Ecc. 9. vbi sic legitur: Colloquium illius quasi ignis exardescit. ¶ Tertio ex hoc quod comparatur gladio acuto. Prouer. 5. Fauus distillans, labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem eius amara quasi absynthium, & acuta quasi gladius biceps.

De auditu cantionum amatoriarum, turpiloquiorum, & instrumentorum musicorum. CAP. VI.

Auditus cationum valde timendus est. Vnde Eccl. 9. Cum salatrice ne sis assiduus, nec audias illā, ne forte pereas in effcacia illius. Ad auditū turpiloquiorū possumus referre qđ dicit Apof. 1. ad Cor. 15. Corrupt̄ bonos mores colloquia mala. Musica etiā instrumenta multū sunt timēda. Frāgūt enim corda hominū & emolliūt. Et ideo secūdū verbum Sapiētis essent frāgēda.

Quod tactus mulierum sit valde periculosus. CAP. VII.

Tactus mulierum valde periculosus est, sicut potest ostendi multis testimoniis scripture. Et primò ex hoc quod legitur Ecclesi. 9. Cum muliere aliena ne sedeas omnino, nec accūbas cum ea super cubitum &c. Secūdo ex hoc quod legitur Ecc. 26. Qui tenet eā, quasi qui apprehendit scorpionem. Tertio ex hoc quod legitur ecclesi. 7. Vincula sunt manus eis. Quarto ex hoc quod legitur Prou. 6. Nunquid potest homo abscōdere ignē in sinu suo, vt vestimenta eius nō ardeāt: aut ambulare super prunas vt nō cōburātur plāta eius: sic qui ingreditur ad vxorē proximi sui, nō erit mundus quū tetigerit, eā. ¶ Ad idē facit exemplū Andreae episcopi suprā positū, qui sanctimonialē percussit manu, de qua percussione princeps demonū adeo letatus est. Ad idē facit exemplū quod habetur in dialogo de quodam sacerdote qui habuerat concubinā, sed eā dimiserat, & ei nō cohabitabat, imò sanctissimē vivebat. Tādē eo agrotāte ad mortē, & circumstantibus dubitantibus, vtrū iā spiritus recessisset, illa que tūc ibi erat accessit propē tētatura vtrū adhuc spiraret: ille autē vidit eā, & cū magno conamine locutus ait: Recede mulier, recede: adhuc viuit igniculus, tolle paleā. Ad idē facit quod legitur in Vitis patrū, de quodā fratre, qui volēs cū matre trāsire flumē, ma-